In l.civitas.27.cum ibi not. ff.h.t.n. Conſentit l.1.l.7.8.9.& ult.ff.quod cujusq; univerſit.nomine. Don. *ibid. nu.3.cum ſeqq.* Treutler. *part.1.diſput.10.theſ.4.in fin. Et diſp.20.th.5. Nam Univerſitatem ſeu Civitatem etiam ex mutuo non minus ac alios privatos obligari poſſe, nulla lex, nulla juris ratio eſt quæ prohibeat, inquit* Kitzel. *d. tr. de reb.cred. c.4. num.14. Privatorum enim loco habentur, l.16.in fin.de V.S. Proinde etiam ex delicto eas obligari conſtat. L.aut facta.§.fin.ff.de pœn.l.metum.§.animadvertendum.1.ff.quod met.cauſ.add.l.15.ff.ad SCtum Macedon. Modò omnes in unum convocati cives, vel major eorum pars, vel ſaltem conſilium, omnes cives repræſentans, mutuam pecuniam acceperint,* Hart.Piſtor. *lib.1.quæſt. Juris civilis & Saxon.37.nu.1. Per l.aliud.160.§.refertur.ff.de R.J.& c.quod omnes.29.de R.J.in ſexto, vel unanimi conſenſu Syndicum ad contrahendum conſtituerint,* Dec. *in d.l.27.n.5.* Bart. *in l.7.n.2.ff.quod cujusq; Univ.nom.* Chilian.König. *in proceſſ.cap.19.&* Gœdd. *in l.17.de V.S.n.22. Unde ſi Conſules atq; Senatores, quibus gubernandæ Reip. cura apud noſtros demandari ſolet, pecuniam mutuò ſumpſerint, inutilitèr contraxiſſe videbuntur, niſi Decuriones vel Tribuni plebis, vulgò* Die Gildenmeiſter/ Viertels oder Zunfftmeiſtere/ *vel, ut quibusdam in locis vocantur,* Die Vierherrn oder Herrn von der Gemeine/ *conſenſerint, uti poſt* Bart. Jaſon.& Dd. *in d.L.Civitas voluit.* Alberic.de Roſat. *in Rubr.de Decurion.* Henning.Gœdd. *conſ.5.nu.10.&* Weſ. *conſ.40.n.22.referente* Hart.Piſtor. *d.quæſt.37.nu.5. Adde* Menoch. *2.arbitr.qu.caſu.432.* Diſſ. Zaſius *in d.l.* Civitas. *n.11. Exiſtimans civitatem obligari, licet ſoli Burgimagiſtri & Conſiliarij pecuniam mutuentur.* *Eccleſiam quoq; mutuam pecuniam accipiendo poſtea ad reſtitutionē obligari, patet ex c.pen.extr.de fidejuſſ. Auth.hoc jus porrectum.C.de SS.Eccleſ.* Schneidw. *§.rei perſequendæ.17.nu.12.I.de Act.* Diſs. *Innocent.in c.gravem.ext.de ſent.excommunic.*

XV.

Veruntamen, *ſi actoribus, magiſtratibus* vel *adminiſtratoribus nomine Civitatis* credita fuerit, non alitèr, quàm *pecuniâ in uti-*